



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

3 De alienatione ad modum mensuræ concepta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)





Salycet. in l. 1. col. 1. Paulus in l. 2. n. 3. C. de peric. & commo. rei vend. Curtius Iunior in d. l. quod sepe. §. in his. Bologn. in consi. Austria 98 Ioan. Croctus in l. omnes populi. col. 1. de iustis. & iur. Contrariam mihi prænotare videntur Carolus Ruinus, Socin. Iunior, & Parisius in dictis responsis, dum asseuerant, quod si venditio fiat ad corpus, venit in venditionem quicquid sub corpore continetur, etiam si excedat mensuram à venditore dictam: & adiciunt, quod excessus ille est æstimandus maiori pretio, quoties pro qualibet mensura fuerit certum constitutum pretium. Igitur apparet, eos velle, quod venditio sit facta ad corpus, etiam si pretium distribuatur pro ratione cuiuslibet mensuræ, & quod non sit facta ad mensuram, etenim si esset prædicta venditio facta ad mensuram, profecto non veniret excessus ille in venditione, vt omnes præmittunt, nec poterit iure negari. Quia mensura tunc apponitur causa limitationis, & restrictionis rei venditæ. Quamobrem ad tollendas has auctorum controverfias vltimus octauam adiciam conclusionem.

Octauo, in eadem disputatione est considerandū, quod sicut in rebus mobilibus non dicitur perfecta venditio ante mensuram adhibitam, quoties venditio ad mensuram fuit facta, vt denique hoc plurimum referat, quo ad translationem domini, & quo ad periculum, & commodum, d. §. in his. l. 2. C. de peric. & commo. rei vend. l. 2. q. riu. §. part. 5. ita & in rebus immobilibus ad mensuram venditis idem pariter est dicendum. Bartolus per textum ibi in l. si venditio. §. 1. & ibi Doctor. ff. de peric. & commo. rei vendit. idem Bartolus in consil. 118. incipit. In quaestione domini Ciali. Salycet. in l. 1. col. 1. & ibi Baldus 4. opposit. C. de peric. & commo. rei vendit. Curtius Iunior in dict. §. in his. Paulus in dict. l. 2. a. idem post Bartolum in dict. §. si Titius. sentit gloss. in l. 1. §. sed & custodiam. ff. de peric. & commo. rei vendit. & in dict. §. in his. & in dict. l. si venditio. §. 1. gloss. item & Doctor. in dict. §. si Titius. Capiculus decisio. Neapolitana. 14. num. 6. Alexand. in consil. 33. col. 2. lib. 5. Paul. Paris. plures allegans consil. 59. lib. 1. col. 2. & alii plures, vt tandem hæc sit Communis Opinio: tamen si, etiam ante mensuram adhibitam obligatio perfecta sit ad hunc effectum, vt non sit locus penitentia: quod Paul. Parisius in dict. consil. 59. late probat, & nos obiter hoc in loco adnotamus cum seq. post gloss. 1. dum dicit: etiam conditionalis dicitur perfecta in l. 1. C. de peric. & commo. rei vend. gloss. in l. necessario. §. quod si pendente. vers. si ita res. ff. de peric. & commo. rei vendit. & in princip. Insti. de empr. not. Bart. Salycet. & Paul. in l. 2. C. quando liceat ab empr. disced. idem Salycet. in dict. l. 2. C. de peric. & commo. rei vendit. contra glo. inibi, quæ contrarium sentit, nisi intelligatur quo ad obligationem, vt ea ante mensuram nata efficaciter non sit saltem certa: non tamen poterit ea opinio gloss. procedere quo ad hunc effectum, vt liceat ab emptione discedere. Quod Paul. not. in dict. l. 2. C. quando liceat ab empr. disced. ad fin. & post eum Paul. Paris. in d. consil. 59. nu. 9. Quæ quidem conclusio, quam modo prænotauimus de translatione domini, & periculo rei ad mensuram venditæ, tunc obtinet, quando ad mensuram traditio facta non est: ea etenim facta, etiam ante mensuram, periculum, & commodum est emptoris. text. singul. in d. l. 2. C. de peric. & commo. rei vendit. & inibi expressim Angel. Paulusque Castren. post eos Corneus consil. 50. lib. 1. col. 5. Deci eleganter in consil. 179. quorum opinio admodum utilis est, & insignis: quam, vt Deci commemorat. Antonius Burgen. Hispanus proprio responso comprobauit. Nihilominus Curt. Iunior in dict. l. quod sepe. §. in his. ad fin. contra opinionem istam notat, & inducit text. in d. l. 2. cuius autoritate improbat quod prædicti Doctor. adnotarunt, & profecto eius inductio mire conuenire videtur. Nam secunda pars illius constitutionis, vbi mentio fit traditionis clauium loquitur eo casu, quo venditio non est facta ad mensuram, vt denique traditio tunc operetur, cum venditio ad mensuram non fuerit facta: licet tunc necessaria traditio non sit, vt ibi considerat & admonet gloss. sed prior opinio Deci, Angeli, Pauli, Cornei, & Burgenfis menti est adhuc multum commendanda in praxi, quæ tamen non procedit in traditione facta, nempe ea, quæ sit per constitutum, sicuti docet diligenter Paulus Paris. in consil. 59. lib. 1. col. 3. & sequenti, quem legito.

Nono ex his constat, quod etsi venditio vini, aut alterius rei similis fiat quantum ad totum certi corporis: nempe cum venditor dolium vini ad rationem viginti pro qualibet mensura venderit: hæc venditio dicitur etiam facta ad mensuram: & ideo periculum ante mensurationem ipsius,

venditoris est, non emptoris. text. est ad hoc in dict. l. quod sepe. §. in his. in princip. & in fine iuncto vers. cul. quod si vinum. vbi optime Castren. qui contrarium tenuerant in l. si iur. C. de action. emp. scribentes, non esse dictam venditionem ad mensuram, nec ad eius rationem iudicandam. Quasi aliud sit vendere omne, vel totum vinum doliarum, vel dolium, ad rationem vini argentei numi pro qualibet amphora: vt tunc fit venditio ad rationem mensuræ censenda: sicut in dict. §. in his. probatur. Aliud vero sit, vendere dolium vini ad rationem vini argentei pro qualibet amphora: & hoc quidem casu non videtur venditio facta ad mensuram. Ego vero non faten precipio hanc differentiam quo ad verum eius rationem, congruamque discriminis causam. cum utroque casu venditum sit totum vinum, quod est in dolio, vel in doliarum. hinc opinio, quam ipse sequor, etiam auctor est Salycet. qui dicit, sicut. Bal. sententiam reprobatur.

Decimo, ex his inferitur, quid sit respondendum in quaestione hæc in loco à nobis potissimum disputata. Nam in rebus immobilibus tenent omnes obseruandum esse responsum Iuriconsulti in d. §. in his. ex eo vero non negarent Paul. Castren. nec Bald. quod si venditio fiat hunc in modum: vendendo omnia iugera, omnes vineas, omnia prata, quæ continentur in fundo Semproniano ad rationem vini argentei pro quolibet iugere, hanc venditionem conceptam esse ad mensuram, & periculum ad venditorem pertinere ante mensuram adhibitam: at in specie respondent dicit venditionem conceptam ad corpus, non ad mensuram, quoties dixerit venditor: vendo fundum Sempronianum ad rationem aurei pro quolibet iugere, etiam si dictus sit certus mensuræ modus: nempe fundum decem iugerum sub his limitibus. Huic opini Bald. & Paul. suffragantur Carol. Ruinus, Socinus Iunior, & Paulus Parisius. Quorum superius mentionem fecimus, & profecto non videtur aliqua congrua discriminis ratio inter hunc casum, & præcedentem, quæ & in utroque non certa pars fundi, sed totus ipse fundus venditur, sequitur, quid vis eo continetur. Quod pendere videtur Iurif. col. in d. §. in his. atque ideo ibidem Curt. Iunior, Salycet. in d. l. hunc fecutus etiam in hoc reprobatur Baldi & Pauli opinionem: adcirco si distinctio Iuriconsulti in d. §. in his. est obseruanda in venditione rerum immobilium, quod video Communiter receptum esse, tamen si nullibi, quod sciam, probetur expressè quidem auctoritate, oportet ad probandam Bal. & Pauli sententiam constitutere prædictam differentiam, quæ non satis certa est, nec omnino placet. Tandem, si contra Bald. & Paulum tenendum est, necesse erit fateri, quo ad duplicem effectum considerari venditionem ad mensuram, scilicet quo ad periculum, & commodum ipsius rei, & tunc etiam venditio fundi dicitur ad mensuram facta, quoties fundus totus venditur ad rationem aurei pro quolibet iugere: quæ admodum aduersus Bald. & Paulum notarunt Salycet. & Curt. Iunior, quibus accedere videntur Bald. & alii superius citati ad distinctionem pretii vini, vel plurimum in vers. 7. aut sane consideratur venditio ad mensuram, vel ad corpus quo ad hoc, vt quicquid sit in fundo, aut in re vltra summam dictam à venditore, veniat in venditionem, aut minuat penes venditorem. Et tunc dicitur venditio ad corpus, non ad mensuram, quoties ita fuerit concepta: vendo fundum Sempronianum, vel alioqui certis definitum & limitatum finibus, decem iugerum, aut qui habet decem iugera, ad rationem aurei pro quolibet iugere. Sic etenim vitium est omnibus, quos superius allegauimus, & ex his illi præcipui auctores sunt, Carolus inquam Ruinus, Paulus Parisius, & Socinus Iunior denique ipse Baldus & Paulus Castrensis in d. l. hunc. C. de action. empr. tamen hi duo, etiam quo ad periculum hoc ipsum asserere & probare tentauerunt. Quæ ratione ipse infero ad intellectum Iuriconsulti in d. §. in his. quod si vinum ita venditum sit: vendo dolium vini, vel vinum, quod est in hoc doliaro ad rationem vini argentei pro quolibet amphora, & habet centum amphoras, vel eius quantitas est centum amphorarum, his equidem præscriptis verbis, etiam si periculum, & commodum vini sit venditoris, donec mensura fiat, attamen, si fuerint in dolio, vel doliaro centum quinquaginta amphora, etiam hæc quinquaginta, veniunt in venditionem pro pretio constituto vini argentei pro quolibet amphora. Hoc probatur ex his, quæ paulo post adnotabimus ad intellectum l. si seruum. §. si modum de act. empr.

Vndecimo, vt statim proxime tradita vltimus explicemus.



restitutionem pretii pro ea parte, quæ perierit. gloss. communiter recepta in d. §. 1. & in l. 1. §. sed & custodiam. ff. eod. tit. de peric. & commo. rei vend. Raphael tamen Fulgofius in d. §. scribit posse quidem asseuerari, quod illud iuriconsulti responsum procedat, vbi venditio est facta ad corpus, & in specie, non ad mensuram, & tamen venditor modum mensuræ dixerit in venditione, quippe qui dixerit, in fundo esse cætum iugera, teneatur etenim verum efficere modum mensuræ, & si di ipsius quantitatem prædictam certam reddere, ac emptori præstare. l. in emptione. in princ. ff. de actio. emp. nisi pars quæ deficit, perierit absque eius culpa, casu quidem fortunæ: non enim tunc teneatur, nec ad restitutionem pretii pro parte perempta, quia ea perit periculo emptoris. Sic sane visum est Fulg. qui optime loquitur. Licet communi sententia receptum sit, iuriconsul. in d. §. 1. intellexisse, ac tractasse de venditione ad mensuram, quam sententiam communem esse faceret eam secutus Curt. Iun. in d. §. in his.

Hæc denique de contractu venditionis tractauimus eo profecto animo, vt hic ad donationes, legata, & alias huiusmodi actiones, nec non & ad priuilegia, Principumque beneficia, quibus iurisdictioni, oppidum, aut ciuitas conceditur, facile lector possit, quæ videntur præctica quæstioni, & controuersis contingenti vtilia fore, caute pro ingenii capto diligere, multaque his addere ad negotii definitionem conducibilia.

CAPVT IV.

De summa Regis iurisdictione, quam Maioriam dicimus, quamq; Regio nomine suprema exercent auditoria,

SVMARIA.

1. suprema iurisdictione quam maioriam dicimus, non censetur villo casu à Rege in alium translata.
2. Appellandum est ad Regem à Prelatis & Episcopis, temporalem iurisdictionem exercentibus.
3. Populi non possunt in Castellana Reipub. iudices & rectores eligere: & inibi de Regis, aut Principis electione herede deficiente.
4. Mortuus preside, an eius vicarius possit iurisdictione vti.
5. Rectores ciuitatum, an inuitis populis, & non potentibus dari possint: & de expensis & stipendiis magistratuum ordinariorum & extracuriamariorum.
6. Nobiles habentes iurisdictionem, an habeant ius hoc, vt ad eosdem possint à iudicibus ordinariis appellari.
7. Guadaluara Regia lex examinatur in summa.
8. Appellandum est à legato ad delegatum: & ibi exponitur Bart. opinio in l. 1. §. ult. ff. quis & à quo appell.
9. Iure Regio appellari potest ad Regem omisso medio.
10. Curia Regis quæ dicatur: & ibi de regis auditorio, & cancellariis, ac de cancellarij dignitate.

Quamuis Rex ipse ob egregia belli, & pacis facinora in Reipub. vtilitatem preclare gesta, aliaue ex causa, nobilibus ciuitates, villas, aut oppida Regio beneficio contulerit cum iurisdictione, mero & mixto imperio adhuc in amplissimo territorio exercendis: Team tamen iurisdictionem, quæ apud Regem summa est, cuiusque iure vel querela, vel prouocationes, aut appellationes à iudicibus inferioribus, alique cause ad Regem, vt supremum Reipublice patrem deferuntur, nequaquam videtur transulisse, etiam si vsus fuerit verbis hæc in re quo ad significationem vberimus. Hanc etenim iurisdictionem ideo maioriam vocamus, quod ea proprie pertineat ad supremam principatus recognitionem. Probatur vero hæc sententia multis, sed potissimum, quod nulla temporis præscriptione, nullo temporis vsu adquiri potest à subdito ius illud, quod ab eo ad Principem, cuius imperio subest, non prouocetur. text. iure Regio in signis in l. 6. tit. 1. 3. lib. 3. ordina. cuius nos meminimus aliquot additis rationibus in regul. possessor. de regul. iur. in 6. 2. part. §. 2. num. 8. idem probatur in l. 2. titu. 9. lib. 5. ordina. His accedit, quod suprema hæc iurisdictioni nullo modo à Rege alienari potest, vt tradunt in specie Lueas de Penna in l. quacunque in 2. C. de omni agro deserto. li. 1. 1. Guliel. Bened. in ca. Raynut. de testa. in verb. & vxorem nomine Adelsiam in 2. decis. in 319. Carol. de Grassalio. li. 2. Regal. Francie, ca. 14. & præter hæc suprema iurisdictioni est ipsa forma, & substantialis essentia maiestatis Regiæ: & ideo impossibile quidem erit in regno, & de regno aliquem esse exemptum, vel exceptum ab illa. textus opt. in ca. cum non liceat. de præscriptione. Quamobrem nõ poterit Rex, nec subinde censetur, aliquem Regni locum, vel eius aliquot homines

ita alteri domino subicere, quod ius appellationum, & summæ potestatis, etiam quo ad administrationem, & executionem realem apud ipsum non remaneat: est etenim maxime contrarij regie dignitati, quod sub eius principatu locus, vel homines sint, quibus non liceat, nec sit precium istam probat Carol. Molin. in consuetud. Parisien. §. 2. §. 4. nu. 16. 17. & 18. ex auctoritate Lucæ de Penna in l. i. in 2. 2. 2. Co. de proximis sacror. sermior. lib. 1. 2.

Hinc factum est, & iure regio constitutum, vt à prelatu Ecclesiasticis ciuilem, & secularem, temporalemve iurisdictionem habentibus, ad Regem ipsum prouocetur, & appellandum sit. probat hoc regie pragmatica sanctio Regum Catholicorum Fernandi, & Elisabeth Hispal. decreta anno 1502. est vero l. 19. inter huius Regni pragmaticas constitutiones. [ hodie l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopilat. ] Cum item ratio potius vltierus expendi ex eo quod cum temporalis, ac ciuilibus potestas in Castellana Reipub. principatu penes ipsum solum Regem sit, ab eoq; in alios deriuetur: prelati Ecclesiastici nõ possunt aliunde temporalem iurisdictionem habere, quam ex regia concessione, eiusque titulo, & causa: atque ideo semper mansit apud Regem ipsum, iurisdictionem in alia transferentem, hæc suprema iurisdictioni, quam maioriam dicimus, nec in ipsos Episcopos translata fuit. Quia ratione habent Episcopi, & prelati à Regibus hanc iurisdictionem vt eorum subditi, & vasalli. Quod satis est manifestum. Sic deniq; hanc conclusionem tenent iure ipso communi Bart. in l. i. quando. C. de appellat. Et itidem alij, quorum meminit eos secutus Fel. in c. solita. col. 3. de maior. & obed. Tamen non exacte rationem istam, nec praxim huius regni examinauerit: si quidem non tantum in Hispania, sed in Gallia idem receptum est, vt testantur Specul. titu. de appellat. §. nunc tractemus, ad quem sit appellandum, in fin. Guliel. Bened. in d. capit. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelsiam. 2. decis. in 317. Carol. & Grassalio. lib. 2. Regalium Francie, cap. 14. Ioan. Imbert. Rupellanus lib. 2. Institution. forensium, cap. 3. Extat vero hæc de re Pontificia in dignis decisio in cap. Romana. §. debet. de appellat. in sexto, vbi summus Pontifex de Archiepiscopo respondens ita inquit: Debet autem ad eos ab Episcopis præfate prouincie super causis, in quibus temporale iurisdictionem exercent, nisi forte de consuetudine, aut priuilegio. siue iure alio specialiter sit appellandum ad aliu, appellari. Hactenus illa constitutio. Etenim vbi prelati Ecclesiastici titulo feudi temporale obtinent iurisdictionem, ab eorum vicariis temporalibus ad feudi dominum directum appellandum erit, iuxta notata in capit. ceterum. de iudi. notant in hac specie glo. & omnes in d. §. debet. Barto. in l. 1. §. si quis ff. de appellat. & Ioan. Rupellanus in d. cap. 3. Felin. in d. capit. solita. colu. 3. post gloss. & alios ibi, Panor. & Praposit. in Rubri. de appellat. num. 53. vbi Francus idem notat, num. 35. asseuerantes appellationem ad Archiepiscopum, vel superiorem ecclesiasticum deferendam fore: vbi absque iure feudi temporalis iurisdictioni tota, & libera translata fuerit in Episcopum, atque hæc videtur magis communis opinio. Ego vero, quod & paulo ante admonui, opinor in hoc regno Castellæ nequaquam posse vltimam huius communis distinctionis partem in praxi seruari: quippe qui vt queat libere absque iure feudi, & feudalis recognitionis, fuerit iurisdictioni temporalis translata, existimari, penes ipsum Regem supremam manere iurisdictionem, nec hanc censeri in ecclesiasticum prelatum aliquo modo transmissam: & ideo ab Episcopis temporalium iurisdictionem exercentibus ad Regem ipsum est omnino appellandum. nec locus erit Pontificio responso in d. §. debet. vt in specie asseuerant Gulielm. Bened. in d. tit. nu. 319. Carolus de Grassalio in d. tit. 14. Massuerus in pract. tit. de appellat. vers. item a iudice ecclesiastico. Qui tenent, in regno Francie non seruari decepte appellationem d. §. debet. à quo, ni fallor, hoc est alienum, quod modo probauimus ex ratione superius adducta. Cum sit status ab ipso Principe seculari, qui iurisdictionem temporalium minister est, & iurisdictionem laicam in episcopos transmittit, expressim, vel tacite sibi excepisse supremam iurisdictionem cuius ratione Episcopi eius subditi, & lata dicitur significatone vasalli. Igitur mirum non est, si etiam ex eadem Pontificia decisione conemur instruere, ab ipsis Episcopis, qui temporali vtuntur iurisdictione, quatenus eandem attingat, ad regem appellandam fore.

Quæritur tamen, an Rex, qui alicui nobili, vel Episcopo iurisdictionem, merum & mixtum imperiu aliquo in oppi-